

Riveto p. 870. per בָּנֶן filius ejus, exponit, quasi שׁוֹלֵךְ & שׁוֹלֵךְ se-
cundina, הַ verò possum esset, pro ejus exempla sunt, Gen. 13.
3. עֹזֶר auxilium ejus, שִׁירָה canticum ejus, Ez. 12.14. Ps. 42.9. & in
hoc ipso 49.c Gen. habentur ejus mutationis exempla, dicitur,
עִירָה pullum suum, סְוִתָּה operimentum suum, conantur alij
hujus rei dare rationem, nempe quod Sp. Sanctus, mysterium
indigitare voluerit, apponendo nomini Messiae הַ fœmininum
indigitans, eum à virgine nasciturum, à quibus dissentit Mer-
cerus, piè hæc quidem, sed non adeò firma omnibus videntur, re-
peritur hæc vox, לִשְׁאָה secundina, Deut. 28.27.2. Reg. 4.28. in quo
ultimo loco dissentunt, adhuc authores; an vox, תְּשִׁלְחָה quæ ibi
habetur, à שְׁלָחָה abjicere, an verò à לִשְׁאָה secundina derivetur, Bux-
torf. sanè reddidit, ne in secundinam ponas, Luth. v. p.m. nichil
seusq. Quibus hæc derivationis ratio arridet; dicunt em-
phaticè hæc voce innui Messiam, אֲשֶׁר מִשְׁלִיתָה è secundina,
mulieris nasciturum, notantq; ea Christi veram humanita-
tem, quod non placet Phaletrano, in tractatu h. anno, de h. dicto
edito p. 88.c.7. 3. Alij, ut Amama in Antibarb.: suo lib. 2.p.448. mo-
net Tyrones, vocem שִׁילָה esse formæ קִימָר & קִומָש fumus
& urtica, derivatq; hanc vocem à שִׁלָּה pacificum esse, huic suæ
sententiaæ consentientes citat, Drusium, Fagium, Mercerum,
Schindlerum: quibus autem hæc placet, illi conformitatem &
harmoniam cum nomine JESU admirantur, quod utrumq; no-
tet sospitorem, & inde à שִׁלָּה tranquillus descendere, videtur
Salvus. 4. Dn. D. Gerb. p.m. b. in l. recenset, Leonem Castrum,
lib. 3. Apolog. pro שִׁלָּה substitutis punctis, legisse, שִׁילָה i.e. do-
num, & eo respexisse 70. cum voce, δότονειμένω; intermediaæ duæ
illæ derivationes, ut analogiaæ vocis proprius accedunt, sic u-
travis eligatur, nihil veritati præjudicat.

וְלוּ יִקְרָב Arias Mont. ipsi obedientia populorum, 70.
αὐτὸς προσδοκία ἐθύῶν, Et is erit exspectatio gentium, Junij & Tre-
mell. vertunt, & sit ipsi obedientia, quasi Jacobus pro ampliatio-
ne regni vota suscepisset, Pagninus verò, & ipsi erit aggregatio
populorum: summatim, quatuor hujus vocis dantur versiones,
recensente Pareo in Com. super Gen. in hæc verba p. 22. 12. 1. alij
Exspectationem, 2. obedientiam, 3. aggregationem, 4. debilitatem, ut

C. Judæi